Liturg.
1467
m

Litterg. 1467 u

BESCHAFFT AUS MITTELN DER

Carl Friedrich von Siemens
Stiftung

COMPENDIUM
LIBRI
RITUALIS
EPISCOPATUS AUGUSTENSIS
PRO
Administratione
Sacramentorum
&
Muniis Pastoralibus
ritè obeundis.

CUM FACULTATE SUPERIORUM.

AUGUSTÆ,
Typis JoannisMichaëlisLabhart, Reverendiss. ac Sereniss. Principis & Episcopi Augustani, ac Civitatis Typographi. 1728.

PRÆFATIUNCULA.

CUm multi Parochi & Curati hujus Diœceseos Augustanæ ad dissita loca pro necessariâ Sacramentorum Administratione, excurrere debeant, illos Compendium Libri Ritualis desiderâsse, & etiamnum prudenter desiderare intellectum ac judicatum est. Quare desiderio eorum satisfacere, proin præsens Compendium excerpere, atque Authoritate Ordinariâ pro bono publico, & usu tam in propriis, quàm dissitis locis, per commodo, luci dare placuit.

Bayerische Staatsbibliothek

COM-

<> b 198 1/7

COMPENDIUM DE SACRAMENTO BAPTISMI.

ORDO Baptismi Parvulorum.

QUomodo vocandus est infans iste? vel germanicè: Wie soll das Kind heissen? Patrinus, N. vel N. Sacerdos N. Quid petis ab Ecclesiâ DEI? Was begehrest du von der Kirchen GOttes? Patrinus Resp. Fidem. Den Glauben. Sacerdos. Fides quid tibi præstat? Was gibt dir der Glauben? Patrinus Resp. Vi-

tam æternam. Das ewige Leben.

Sacerdos: Si igitur vis ad vitam ingredi ſerva mandata: Diliges Dominum DEUM tuum ex toto corde tuo, & ex totâ animâ tuâ, & proximum tuum, ſicut teipſum.

Deinde ter exſufflet ſenitèr in faciem infantis, & dicat ſemel:

Exi ab eo, vel eâ, immunde Spiritus, & da locum Spiritui ſancto Paraclito.

Poſtea pollice faciat ſignum Crucis in fronte, & pectore infantis, dicens:

Accipe ſignum Crucis, tam in fronte ✠, quàm in corde ✠, ſume fidem cœleſtium præceptorum, & talis eſto moribus, ut templum DEI jam eſſe poſſis.

OREMUS.

PReces noſtras, quæſumus Domine, clementer exaudi: & hunc electum tuum N. Crucis Dominicæ impreſſione ſignatum, perpetuâ virtute cuſtodi, ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſervans, per cuſtodiam mandatorum tuorum, ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde imponat manum ſuper caput infantis, ac dicat:

OREMUS.

OMnipotens ſempiterne DEUS, Pater Domini noſtri JESU Chriſti, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta

fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo expelle: disrumpe omnes laqueos Satanæ, quibus fuerat colligatus: aperi ei, Domine, januam pietatis tuæ, ut ſigno Sapientiæ tuæ imbutus, omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad ſuavem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in Eccleſiâ tuâ deſerviat, & proficiat de die in diem. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

BENEDICTIO
Salis nondum benedicti.

EXorcizo te creatura Salis, in nomine DEI Patris Omnipotentis ✠, & in charitate Domini noſtri JESU Chriſti

sti ✠, & in virtute Spiritûs sancti ✠, Exorcizo te per DEUM vivum ✠, per DEUM verum ✠, per DEUM sanctum ✠, per DEUM ✠, qui te ad tutelam humani generis procreavit, & populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari præcepit, ut in nomine Sanctæ Trinitatis efficiaris salutare Sacramentum, ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine DEUS noster, ut hanc creaturam Salis sanctificando sanctifices ✠, & benedicendo benedicas ✠, ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri JESU Christi, qui

venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde immittat modicum Salis benedicti in os infantis, dicens:

N. Accipe Salem Sapientiæ: propitiatio sit tibi in vitam æternam. ℟. Amen.

Sacerdos. Pax tecum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS Patrum nostrorum, DEUS universæ conditor Veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum N. respicere digneris propitius, & hoc primum pabulum Salis gustantem, non diutiùs esurire permittas, quò minùs cibo expleatur cœlesti, qua-

quatenus ſit ſemper Spiritu fervens, ſpe gaudens, tuo ſemper nomini ſerviens. Perduc eum Domine, quæſumus, ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Exorcizo te immunde Spiritus in nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritûs ſancti ✠, ut exeas, & recedas ab hoc famulo DEI N. Ipſe enim tibi imperat maledicte damnate, qui pedibus ſuper mare ambulavit, & Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, &

da honorem DEO vivo, & vero, da honorem JESU Christo Filio ejus, & Spiritui sancto : & recede ab hoc famulo DEI N. quia istum sibi DEUS, & Dominus noster JESUS Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, fontémque Baptismatis vocare dignatus est.

Hic pollice in fronte signat infantem, dicens :

Et hoc Signum sanctæ Crucis ✠, quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Mox imponit manum super caput infantis, & dicit :

OREMUS.

ÆTernam, ac justissimam pieta-

pietatem tuam deprecor, Domine ſancte Pater Omnipotens, æterne DEUS, author luminis, & veritatis, ſuper hunc famulum tuum N. ut digneris eum illuminare lumine intelligentiæ tuæ; munda eum, & ſanctifica: da ei ſcientiam veram, ut dignus gratiâ Baptismi tui effectus teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Poſteà Sacerdos imponit extremam partem Stolæ ſuper infantem, & introducit eum in Eccleſiam, dicens:

N. Ingredere in templum DEI, ut habeas partem cum Chriſto in vitam æternam.

℟. Amen.

Cùm fuerint Ecclesiam ingressi, Sacerdos præcedens ad fontem cum susceptoribus conjunctim clarâ voce dicit:

Credo, &c. Pater noster, &c.

Et fiat brevis exhortatio de necessitate, & gratiâ baptismatis, de officio, & affinitate Patrini, cui nunquam prælecta fuit; vel ad minimum dicat:

Damit wir Alle neben disem Kind die Gnaden-reiche Krafft und Würckung der heiligen Tauff haben / und in uns empfinden mögen; so laßt uns demnach mit gebogenen Knyen / und demüthigen Hertzen sammentlich sprechen ein andächtiges Vatter Unser / und Ave Maria.

Qui-

Quibus peractis, baptizans, antequam accedat ad Baptisterium, dicat:

EXORCISMUS.

EXorcizo te omnis Spiritus immunde, in nomine DEI Patris Omnipotentis ✠, & in nomine JESU Christi Filii ejus Domini, & Judicis nostri ✠, & in virtute Spiritûs sancti ✠, ut discedas ab hoc plasmate DEI N. quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiat templum DEI vivi, & Spiritus sanctus habitet in eo. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem.

℣. Amen.

Posteà Sacerdos digito accipiat de salivâ oris sui, & tangat aures, & nares infantis: tangendo verò aurem dexteram, & sinistram dicat:

Epheta, quod est Adaperire.

Deinde tangat nares dicens:

In odorem suavitatis, & subdit; Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim judicium DEI.

Posteà interrogat baptizandum nominatim, dicens:

N. Abrenuntias Satanæ? vel: Widersagst du dem Teufel?

℟. Patrinus: Abrenuntio. Ich widersag.

Et omnibus operibus ejus? vel: Und allen seinen Wercken?

℟. Abrenuntio. Ich widersag.

Et

Et omnibus pompis ejus?
vel: Und aller seiner Hoffart?
℟. Abrenuntio. Ich widersag.

Deinde Sacerdos intingit pollicem in oleum catechumenorum signato litterâ O. S. & infantem ungit in pectore, & inter Scapulas in modum Crucis, dicens:

Ego te linio ✠ oleo salutis, in Christo ✠ JESU Domino nostro, ut habeas vitam æternam.

℟. Amen.

Subinde pollicem, & inuncta loca abstergit bombacio, vel re simili, deponit Stolam violaceam, & assumit aliam albi coloris, & interrogat expresso nomine baptizandum, Patrino respondente:

N. Cre-

N. Credis in DEUM Patrem Omnipotentem, Creatorem cœli & terræ?

N. Glaubst du in GOTT Vatter Allmächtigen / Schöpffer Himmels und der Erden?

R. Credo. Ich glaub.

Credis in JESUM Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum, natum, & passum?

Glaubst du in JESUM Christum / seinen einigen Sohn / unsern HErrn / der gebohren ist / und gelitten hat?

R. Credo. Ich glaub.

Credis in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam?

Glaubst

Gläubst du in den heiligen Geist/ ein heilige allgemeine Christliche Catholische Kirchen/ Gemeinschafft der Heiligen / Ablaß der Sünden / Auferstehung deß Fleisches/ und ein ewiges Leben?

℟. Credo. Ich glaub.

Subinde expresso nomine baptizandi, ter Sacerdos interrogat:

N. Vis baptizari?

N. Wilt du getaufft werden?

℟. Patrinus: Volo. Ich will.

Quærat deinde Sacerdos, an propter periculum evitandum, sit circa Baptismum infantis aliquid attentatum à quopiam? & si respondeatur nihil ejusmodi factum; tunc Patrino, vel Matrinâ infantem tenente, Sacerdos manu, vel

Vaſculo accipit aquam baptismalem, & de eâ ter fundit ſupra caput infantis in modum Crucis, & ſimul verba proferens, ſemel tantùm diſtinctè, & attentè dicit:

N. Ego te baptizo in nomine Patris ✠, fundat primò, & Filii ✠, fundat ſecundo, & Spiritûs ſancti ✠, fundat tertiò.

℟. Amen.

Si verò dubitatur, an infans ſit baptizatus, utatur hâc formâ:

N. Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris ✠, & Filii ✠, & Spiritûs ✠ ſancti. ℟. Amen.

Deinde intingit pollicem in ſacro Chrysmate, ſub litterâ C. & ungit infantem in ſummita-

te

te capitis in modum Crucis dicens:

DEUS Omnipotens, Pater Domini nostri JESU Christi, qui te regeneravit ex aquâ, & Spiritu sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum, hîc inunget, ipse te liniat Chrismate salutis ✠ in eodem Christo JESU Domino nostro in vitam æternam.

℟. Amen.

Sacerdos. Pax tibi.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Tum bombacio, aut re simili abstergit pollicem suum, & locum inunctum, & imponit capiti ejus linteolum candidum, loco vestis albæ, dicens:

Accipe

Accipe veſtem candidam, quam immaculatam perferas ante Tribunal Domini noſtri JESU Chriſti, ut habeas vitam æternam.

℟. Amen.

Poſtea dat ei, vel Patrino, candelam accenſam, dicens:

Accipe lampadem ardentem, & irreprehenſibilis cuſtodi Baptismum tuum: ſerva DEI mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias poſſis occurrere ei unà cum omnibus Sanctis, in aulâ cœleſti, habeásque vitam æternam, & vivas in ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Poſtremò dicit Sacerdos:

N. Vade in pace, & Dominus ſit tecum.

℟. Amen.

Si

Si infans laboret, ut periculum immineat, ne pereat, antequam Baptismus perficiatur, Sacerdos Baptismum præcedentibus omissis, eum baptizat, ter, vel etiam semel, infundens aquam, deficiente baptismali, utatur aquâ simplici, supra caput ejus in modum crucis dicens: Ego te baptizo, &c. Si supervixerit, suppleantur alii ritus.

Baptismo sic expleto lavet Sacerdos manus cum Sale, & aquâ, & inscribat nomina baptizati, & Patrini.

OR-

ORDO INTRODUCENDI

Mulieres in Ecclesiam post Partum.

MUlier expletis diebus suæ Purificationis, statìm veniat ad templum, & DEIPARÆ sequens exemplum, infantem quoque secum adducat, si mortuus non est, & absque periculo deferri potest. Ipsâ deinde ante Ecclesiam exspectante, Sacerdos superpelliceo, & Stolâ amictus accedens, oret, ut sequitur:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

Psal-

Psalmus 120.

LEvavi oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormiet, qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui custodit Israël.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.

Per diem Sol non uret te: neque Luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Do-

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Salvam fac ancillam tuam, Domine.

℟. DEUS meus sperantem in te.

℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere eam.

℣. Ni-

℣. Nihil proficiat inimicus in eâ.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Esto ei Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

OMnipotens sempiterne DEUS, Majestatem tuam suppliciter exoramus, ut sicut unigenitus Filius tuus, Dominus noster JESUS Christus cum nostræ carnis substantiâ in templo est præsentatus: ita

hanc famulam tuam facias purificatâ tibi mente præsentari. Per eundem Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat, in unitate Spiritûs sancti DEUS, per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Tunc aspergatur mulier aquâ benedictâ, & dicat Sacerdos:

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Hîc mulier manu suâ Stolam apprehendens, quam Sacerdos ei porriget, introducatur in Ecclesiam, dicátque Sacerdos:

Aufer

Aufer ab eâ Domine cunctas iniquitates ejus, ut ad Sancta Sanctorum purâ mereatur mente introire. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

PArochi officium eſt, ſuæ curæ commiſſos admonere, ut datâ occaſione, Sacramentum hoc, cum pietate, & religione ſuſcipiant, circa annos diſcretionis non facilè ante ſeptennium; inducantur prius ad confeſſionem, maximè adulti; ſemel confirmatus non confirmetur ulteriùs, Patrinus ſit unus, ipſe confirmatus: alius ab illo, qui fuit in Baptismo: cognatio contrahitur inter confirmantem, & confirmatum, illiúsq; Patrem, ac Matrem, ac tenentẽ, non amplius.

Si Sacerdos abluat frontem confirmati, dicat ſequentia. ℣.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Sit nomen Dñi benedictum.
℟. Ex hoc nunc & usque in sæculum.

Acceptâ faſciâ madefactâ cum modico Sale, abluat in modum Crucis, dicátque:

Ab omni immunditiâ mentis, & corporis, mundet te Dominus noſter JESUS Chriſtus, in nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritûs✠ ſancti, Amen.

Deinde addat:

Hæc ſacri Chriſmatis ablutio, ſit tibi omnium peccatorum tuorum remiſſio, ut habeas vitam æternam in Chriſto JESU Domino noſtro, Amen.

Pax✠ tecum. Vade in pace, Amen.

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

IN hâc Auguſtanâ Diœceſi, ne multitudine caſuum reſervatorum, Pœnitentia, & in Eccleſiâ DEI uſitata peccatorum confeſſio oneroſior, & difficilior reddatur, quod jam olim permiſſum fuit, id nunc denuò permittitur omnibus Parochis, & Confeſſariis approbatis, ut à quibuscunque caſibus Epiſcopalibus quosvis Laicos ſibi ſubditos, ritè confeſſos, & pœnitentes, abſolvere poſſint. Exceptis duntaxat Homicidiis voluntariis, & majoris excommunicationis aliàs de jure, Summo Pontifici non reſer-

reſervatæ, vinculo innodatis: Qui pro beneficio abſolutionis ad ipſum Epiſcopum, ejus Vicarium, Pœnitentiarium in Eccleſiâ Cathedrali, vel alium habentem delegatam ſufficientem poteſtatem mittendi erunt.

Ultra nominatos caſus, reſervati ſunt etiam in noviſſimâ Synodo, pro Clericis hujus Diœceſis ejusmodi committentibus, ſequentes: concubitus cum Moniali profeſsâ, cum cognatâ, vel affine in primo & ſecundo gradu, Veneficium. Incantationes magicæ, Maleficia, Abuſus SS. Evchariſtiæ & ſacrarum reliquiarum ad artes magicas, violatio ſigilli confeſſionis Sacramentalis.

In hoc miniſterio ita procedat.

Benedictio ante Confeſſionem.

Dominus ſit in corde tuo, & in labiis tuis, ut rectè confitearis omnia peccata tua, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ✠ ſancti, Amen.

Abſolutionis Forma.

Cùm igitur pœnitentem abſolvere voluerit, injunctâ ei priùs, & ab eo acceptâ ſalutari pœnitentiâ, primò dicit:

Miſereatur tui Omnipotens DEUS, & dimiſſis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam, Amen.

Dein:

Dein: dexterâ verſus pœnitentem elevatâ, dicit:

Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorum tuorum tribuat tibi Omnipotens, & miſericors Dominus, Amen.

Dominus noſter JESUS Chriſtus te abſolvat, & ego auctoritate ipſius te abſolvo ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, in quantum poſſum, & tu indiges. Deinde ego te abſolvo à peccatis tuis, in nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritûs ſancti, Amen.

Si pœnitens ſit Laicus, omittitur verbum ſuſpenſionis.

Paſſio Domini noſtri JESU Chriſti, merita Beatæ MARIÆ

Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ, Amen.

In Confessionibus autem frequentioribus & breviori-bus omitti potest.

Misereatur, & Indulg. &c. Satis erit dicere: Dominus noster JESUS Christus &c. usque ad illud: Passio Domini &c.

Forma Absolutionis in Jubilæo plenariæ Indulgentiæ, etiam in Articulo mòrtis.

Dominus noster JESUS Christus dignetur te absolvere, & ego auctoritate ejusdem, ac Domini nostri Papæ N. quâ in hâc parte fungor, absolvo te

ab

ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſi quid horum quomodocunque contraxiſti, & reſtituo te ſanctis Eccleſiæ Sacramentis, communioni, & unitati Fidelium; Deinde eâdem auctoritate abſolvo te, ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris ✠, & Filii, & Spiritûs ſancti,

A M E N.

DE SS. EVCHARISTIÆ SACRAMENTO,

Præsertim apud Ægrotos, ingrediens domum, ubi jacet Infirmus, dicat:

PAx huic Domui, & omnibus habitantibus in eâ.

Tum depositum Sacramentum supra mensam, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus, & mox acceptâ aquâ benedictâ aspergit Infirmum, & cubiculum, dicens Antiphon.

Asperges me Domine Hyssopo, & mundabor, lavabis me, & super nivem dealbabor.

& primum versum Psalmi.

Mise-

Miſerere mei DEUS &c. cum Gloria Patri, &c.

Sicut erat &c.

Deinde repetitur Antipho-na:

Aſperges me &c. poſtea:

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

EXaudi nos, Domine ſancte Pater Omnipotens æterne DEUS, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtodiat, foveat,

protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Habitâ suavi, & brevi admonitione ad Ægrotum, si velit: & factâ Confessione Sacramentali salutarique Pœnitentiâ injunctâ, dicatur, Parocho præeunte ab Infirmo, si Latinè non potest, linguâ vernaculâ, Confessio Generalis.

Ich armer sündiger Mensch gib mich schuldig / und bekenn GOtt dem Allmächtigen / der heiligen GOttes Gebährerin MARIÆ, allen lieben Heiligen / und Euch Priester / auch allen Menschen / daß ich layder vil gesündiget hab /

von

von meinen Kindlichen Tagen an/ bis auf diſe gegenwärtige Stund/ mit vil böſen Gedancken / Wor= ten/und Wercken/wider GOTT/ und meinen Nächſten / es ſey heimlich / offentlich / wiſſentlich/ oder unwiſſentlich / wie ſolches GOTT mein HERR an mir erkennet / und ich ſie layder nicht erkennen kan / das iſt mir alles leyd von Grund meines Hertzens/ und begehre Gnad. Bitt Euch Prieſter / auch alle Andere/ ſo hie zugegen ſeynd / daß ihr GOTT für mich armen Sünder bitten wöllet umb Verzeyhung aller mei= ner Sünden und Miſſethaten.

Quod ſi Infirmus hoc commodè non poſſit, dicitur à Miniſtro Confiteor, &c. & Sacerdos ſubjungit:

Misereatur, &c. & Indulgentiam, &c.

Deinde factâ genuflexione, accipit Sacramentum de Vasculo, atque illud elevans ostendit Infirmo, dicens:

Ecce Agnus DEI! ecce! qui tollit peccata mundi.

Sehet das Lamm GOttes! sehet! welches hinnimbt die Sünd der Welt.

Et ter dicat:

Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantùm dic verbo, & sanabitur Anima mea.

O HERR! ich bin nicht würdig/ daß Du eingehest unter mein Dach / sondern sprich nur ein Wort / so wird gesund mein Seel.

Et Infirmus ſimul cum Sacerdote dicat eadem ſaltem ſemel ſubmiſsâ voce: tum Sacerdos dans Infirmo Evchariſtiam, dicat:

Accipe Frater, vel Soror, Viaticum Corporis Domini ✠ noſtri JESU Chriſti, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, & perducat in vitam æternam, Amen.

Si verò Communio non datur per modum Viatici, dicat more ordinario:

Corpus Domini noſtri ✠ JESU Chriſti cuſtodiat Animam tuam in vitam æternam, Amen.

Quod ſi mors immineat, & periculum ſit in morâ, tunc dicto: Miſereatur noſtri, &c.

Prædi-

Prædictis precibus omnibus omissis ei statim Viaticum præbeatur.

Posteà Sacerdos abluat digitos, nihil dicens, & Infirmo detur ablutio, & subjungat coram Venerabili:

O sacrum Convivium! in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passionis ejus, mens repletur gratiâ, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Salvum fac servum tuum.
℟. DEUS meus sperantem in te.

℣. Mitte

℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine ſancte Pater omnipotens ſempiterne DEUS, te ſuppliciter deprecamur, ut huic famulo, ſacroſanctum Cor-

Corpus Domini noſtri JESU Chriſti Filii tui accipienti, ad animæ, & corporis ſui proſit remedium ſempiternum.

Protege Domine hunc famulum tuum ſubſidiis pacis, & Beatæ MARIÆ Virginis Patrocinio confidentem, à cunctis hoſtibus redde ſecurum.

Omnipotens ſempiterne DEUS, ſalus æterna credentium, exaudi nos, pro hoc famulo tuo infirmo. **vel** famulâ. Miſericordiæ tuæ implorantes auxilium, ut redditâ ſibi ſanitate in Eccleſiâ tuâ gratiarum tibi referat actionem. Per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritûs

tûs ſancti DEUS, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Poſtremò conſoletur Infirmum, & aſpergat aquâ benedictâ, détque benedictionem:

Benedictio DEI Patris Omnipotentis ✠, & Filii, & Spiritûs ſancti, deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper,

A M E N.

DE

DE SACRAMENTO EXTREMÆ UNCTIONIS.

Sacerdos cum oleo ſacro ingrediens domum, vel habitaculum Ægroti dicat:

℣. Pax huic domui.

℟. Et omnibus habitantibus in eâ.

Factâ exhortatione ad ægrotum, ſecundum libitum, admoneat circumſtantes, ut orent pro Infirmo ſimilibus verbis:

HOr Andächtige/ und Geliebte in dem HErrn / laßt uns GOTT den Allmächtigen von gantzem Hertzen anruffen/und demüthiglich bitten/daß Er uns gnädig=

diglich erhöre / und durch das bitter Leyden und Sterben seines Eingebohrnen Sohns JESU Christi unsers HERRN / auch durch die Fürbitt seiner lieben Heiligen / disem Krancken / Alles / was ihm nutz / und gut ist / zu Seel und Leib / verleyhen wölle / spricht darauf mit Andacht / das heilige Patter Unser / und Ave Maria.

Posteà stans versus Ægrotum, dicat:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

INtroëat, Domíne JESU Christe, domum hanc sub nostræ

noſtræ humilitatis ingreſſu æterna felicitas, Divina proſperitas, ſerena lætitia, charitas fructuoſa, ſanitas ſempiterna: effugiat ex hoc loco acceſſus dæmonum, adſint Angeli pacis, domúmque hanc deſerat omnis maligna diſcordia. Magnifica, Domine, ſuper nos nomen ſanctum tuum: & benedic ✠, noſtræ converſationi: ſanctifica noſtræ humilitatis íngreſſum, qui Sanctus, & pius es, & permanes cum Patre, & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum, Amen.

Oremus, & deprecamur Dominum noſtrum JESUM Chriſtum, ut benedicendo benedicat ✠, hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo, &

det

det eis Angelum bonum cuſtodem, & faciat eos ſibi ſervire ad conſiderandum mirabilia de lege ſuâ, avertat ab eis omnes contrarias poteſtates: eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione, ac ſanos in hoc tabernaculo cuſtodire dignetur. Qui cum Patre &Spiritu ſancto, vivit & regnat DEUS in ſæcula ſæculorum, Amen.

OREMUS.

EXaudi nos, Domine ſancte Pater Omnipotens, æterne DEUS, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc

habitaculo. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Quæ Orationes, si tempus non patiatur, ex parte, vel in totum poterunt omitti. Antequam Parochus incipiat ungere Infirmum, dicat ad minimum Psalmum Miserere, cum Litaniis.

Psalm. 50.

MIserere mei DEUS: secundùm magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate meâ: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum

meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci: ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas, cùm judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me Mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtâſti mihi.

Aſperges me Hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me DEUS: & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me à facie tuâ: & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus DEUS, DEUS salutis meæ: & exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses Sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis.

Sacri-

Sacrificium DEO ſpiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum DEUS non deſpicies.

Benignè fac Domine in bonâ voluntate tuâ Sion, ut ædificentur muri Jeruſalem.

Tunc acceptabis Sacrificium juſtitiæ oblationes, & holocauſta: tunc imponent ſuper Altare tuum vitulos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

LITANIÆ.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.

Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de Cœlis DEUS, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi DEUS, miserere nobis.
Spiritus sancte DEUS, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus DEUS, miserere nobis.
Sancta MARIA,
Sancta DEI Genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Sancte Michaël,
Sancte Gabriel,
Sancte Raphael,
Omnes sancti Angeli, & Archi-Angeli, Orate pro eo, vel pro eâ.
Omnes sancti beatorum spirituum Ordines, Orate.
Sancte

Sancte Joannes Baptiſta, Ora pro eo, &c.
Sancte Joſeph, Ora pro eo, &c.
Omnes ſancti Patriarchæ, & Prophetæ, Orate pro eo, &c.
Sancte Petre,
Sancte Paule,
Sancte Andrea,
Sancte Jacobe,
Sancte Joannes,
Sancte Thoma,
Sancte Jacobe,
Sancte Philippe,
Sancte Bartholomæe,
Sancte Matthæe,
Sancte Simon,
Sancte Thaddæe,
Sancte Mathia,
Sancte Barnaba,
Sancte Luca,
Sancte Marce,

Ora pro eo, vel ea.

Omnes sancti Apostoli & Evangelistæ, Orate.
Omnes sancti Discipuli Domini, Orate.
Omnes sancti Innocentes, Orate.

Sancte Narcisse,
Sancte Dionysi,
Sancte Stephane,
Sancte Laurenti,
Sancte Vincenti,
Sancti Fabiane, & Sebastiane,
Sancti Joannes, & Paule,
Sancti Cosma, & Damiane,
Sancti Gervasi, & Protasi,
} Ora. O rate.

Omnes sancti Martyres, rate.

Sancte Udalrice,
Sancte Silvester,
Sancte Gregori,
Sancte Ambrosi,
} Ora.

Sancte

Sancte Augustine,
Sancte Hieronyme,
Sancte Martine,
Sancte Nicolae,
Sancte Magne,
Omnes sancti Pontifices, & Confessores, } Orate.
Omnes sancti Doctores, Orate.
Sancte Benedicte,
Sancte Antoni,
Sancte Bernarde,
Sancte Dominice,
Sancte Franciſce,
Omnes sancti Sacerdotes, & Levitæ, } Orate.
Omnes sancti Monachi, & Eremitæ, Orate.
Sancta Afra, Ora.
Sancta Hilaria, cum Sodalibus tuis, Orate.
Sancta Maria Magdalena, Ora.

Sancta Agatha,
Sancta Lucia,
Sancta Agnes,
Sancta Cæcilia,
Sancta Catharina,
Sancta Anastasia,
Omnes sanctæ Virgines, & Viduæ. } Ora.
Omnes Sancti, & Sanctæ DEI, Intercedite pro eo, vel pro eâ.
Propitius esto, Parce ei Domine.
Propitius esto, Exaudi eum vel eam Domine.
Ab omni malo, Libera eum vel eam Domine.
Ab omni peccato,
Ab irâ tuâ,
A subitaneâ, & improvisâ morte,
Ab insidiis diaboli, } Libera eum.

Ab

Ab ira, & odio, & omni malâ voluntate,
A ſpiritu fornicationis,
A fulgure, & tempeſtate,
A morte perpetuâ,
Per Myſterium ſanctæ Incarnationis tuæ,
Per Adventum tuum,
Per Nativitatem tuam,
Per Baptismum, & ſanctum Jejunium tuum,
Per Crucem, & Paſſionem tuam,
Per mortem, & Sepulturam tuam,
Per ſanctam Reſurrectionem tuam,
Per admirabilem Aſcenſionem tuam,
Per Adventum Spiritûs ſancti Paracliti,
In die Judicii, C 6 Pec-

Libera eum, vel eam Domine.

Peccatores, Te rogamus, audi nos.

Ut nobis parcas,
Ut nobis indulgeas,
Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris,
Ut Ecclesiam tuam sanctam regere & conservare digneris,
Ut domnum Apostolicum, & omnes Ecclesiasticos Ordines in sancta Religione conservare digneris,
Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris,
Ut Regibus, & Principibus Christianis Pacem, & veram concordiam donare digneris,
Ut cuncto Populo Christiano Pacem, & unitatem largiri digneris, Ut

Te rogamus, audi nos.

Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare, & conservare digneris,

Ut mentes nostras ad cœlestia desideria erigas,

Ut omnibus Benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas,

Ut Animas nostras, Fratrum, Propinquorum, & Benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias,

Ut fructus terræ dare, & conservare digneris,

Ut omnibus Fidelibus defunctis Requiem æternam donare digneris,

Ut nos exaudire digneris,

Fili DEI,

Te rogamus, audi nos.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster, secretò.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

Psalmus 69.

DEUS in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me festina.
Confundantur, & revereantur: qui quærunt Animam meam. Aver-

Avertantur retrorsum, & erubescant: qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te; & dicant semper: Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego verò egenus, & pauper sum: DEUS adjuva me.

Adjutor meus & Liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Gloria Patri, &c.

Sicut erat, &c.

℣. Salvos fac servos tuos

℟. DEUS meus sperantes in te.

℣. Esto

℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Domine non secundùm peccata nostra facias nobis.
℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.
℣. Oremus pro Pontifice nostro N.
℟. Dominus conservet eum, & vivificet eum: & beatum faciat eum in terrâ, & non tradat eum in animam inimicorum ejus.
℣. Oremus pro Benefactoribus nostris.

℟. Re-

℟. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam, Amen.

℣. Oremus pro Fidelibus defunctis.

℟. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

℣. Requieſcant in Pace.

℟. Amen.

℣. Pro Fratribus noſtris abſentibus.

℟. Salvos fac ſervos tuos, DEUS meus ſperantes in te.

℣. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Do-

℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, cui propriium eſt miſerere ſemper, & parce-re: ſuſcipe deprecationem noſtram, ut nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvat.

EXaudi quæſumus Domine, ſupplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: ut paritèr nobis Indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

INeffabilem nobis, Domine, miſericordiam tuam clementer oſtende: ut ſimul nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEUS

DEUS, qui culpâ offenderis, Pœnitentiâ placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

OMnipotens sempiterne DEUS, miserere Famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum secundùm tuam clementiam in viam salutis æternæ: ut te donante tibi placita cupiat, & totâ virtute perficiat,

DEUS, à quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublatâ formidine, tempora sint tuâ protectione tranquilla.

Ure

URe igne ſancti Spiritûs renes noſtros, & cor noſtrum, Domine: ut tibi caſto corpore ſerviamus, & mundo corde placeamus.

FIdelium DEUS omnium Conditor, & Redemptor AnimarumFamulorumFamularúmque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequanter.

ACtiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præveni, & adjuvando proſequere: ut cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.

OMnipotens ſempiterne DEUS, qui vivorum do-

mina-

minaris ſimul, & mortuorum, omniúmque miſereris, quos tuos Fide & opere futuros eſſe prænoſcis: te ſupplices exora-mus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quósque vel præſens ſæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore ſuſcepit, inter-cedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementiâ omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Filium tuum.

℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

℣. Exaudiat nos Omnipotens & miſericors Dominus.

℟. Amen.

℣. Et

℣. Et Fidelium Animæ per misericordiam DEI requiescant in Pace.

℟. Amen.

His dictis pergat Sacerdos ad Unctionem dispensandam, & præmittat hanc Orationem:

IN nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritûs✠ sancti, extinguantur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum, & per invocationem omnium Sanctorum Angelorum, Arch-Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul Sanctorum, Amen.

Deinde intincto pollice in oleo sancto, in modum Crucis

ungit

ungit Infirmum in partibus hîc ſubſcriptis, aptando proprio loco verba formæ in hunc modum.

Ad Oculos.

PEr iſtam ſacram ✠ Unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi DEUS, quidquid per viſum deliquiſti: In nomine Patris, & Filii ✠, & Spiritûs ſancti.

℟. Amen.

Poſt quamlibet Unctionem tergat loca inuncta novo globulo bombacii, vel rei ſimilis, & comburat.

Ad Aures.

PEr iſtam ſanctam ✠ Unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi DEUS,

DEUS, quidquid per auditum deliquisti: In nomine Patris, & Filii ✠, & Spiritûs sancti.

℟. Amen.

Ad Nares.

PEr istam sanctam ✠ Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi DEUS, quidquid per odoratum deliquisti: In nomine Patris, & Filii ✠, & Spiritûs sancti.

℟. Amen.

Ad Os compressis Labiis.

PEr istam sanctam ✠ Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per gustum, & locutionem deliquisti: In nomine Patris, & Filii ✠, & Spiritûs sancti. ℟. Amen.

Ad

Ad Manus.

PEr istam sanctam ✠ Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per tactum deliquisti: In nomine Patris, & Filii ✠, & Spiritûs sancti.

℟. Amen.

Adverte: Sacerdotibus non inunguntur manus interiùs, sed exteriùs.

Ad Pedes.

PEr istam sanctam ✠ Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per gressum deliquisti: In nomine Patris, & Filii ✠, & Spiritûs sancti.

℟. Amen.

Nota, hæc Unctio omittitur in puerperis, & fluxu sanguinis laborantibus.

Ad Lumbos, sive Renes.

PEr istam sanctam ✠ Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per lumborum delectationem deliquisti: In nomine Patris, & Filiiꟷ, & Spiritûs sancti.

℟. Amen.

Adverte, hæc Unctio ad lumbos omittitur semper in Fœminis; & etiam in Viris, qui vix, aut difficulter moveri possunt.

Quibus omnibus peractis, Sacerdos dicit:

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Salvum fac Servum tuum.

℟. DEUS meus ſperantem in te.

℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere eum.

℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine DEUS, qui per Apoſtolum tuum Jacobum locutus es : Infirmatur quis in vobis ? inducat Presbyteros Eccleſiæ , & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini , & oratio fidei ſalvabit Infirmum, & alleviabit eum Dominus , & ſi in peccatis ſit, remittentur ei : cura , quæſumus, Redemptor noſter, gratiâ ſancti Spiritûs languores iſtius Infirmi, ejúsque ſana vulnera , & dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis, & corporis ab eo expelle, plenámque interiùs , & exteriùs ſanitatem miſericorditer redde , ut opè miſericordiæ tuæ reſtitutus, ad priſtina reparetur officia. Qui

cum

cum Patre, & Spiritu ſancto vivis, & regnas DEUS in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

OREMUS.

REſpice quæſumus Domine, Famulum tuum N. in infirmitate ſui corporis fatiſcentem, & animam refove, quam creâſti; ut caſtigationibus emendatus, ſe tuâ ſentiat medicinâ ſalvatum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

OREMUS.

DOmine ſancte Pater Omnipotens æterne DEUS, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate cuſtodis; ad invocationem tui nominis benignus aſſiſte, ut Famulum tuum ab ægri-

tudine liberatum, Sanitate donatum, dexterâ tuâ erigas, virtute confirmes, poteſtate tuearis, atque Eccleſiæ tuæ ſanctæ, cum omni deſideratâ proſperitate reſtituas. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Deinde aſſumpta Imagine S. Crucis, vel ſacrâ Evchariſtiâ, ſi adſit, facit ſuper Infirmum ſequentes Benedictiones, dicens:

DOminus noſter JESUS Chriſtus apud te ſit, ut te defendat. Intra te ſit, ut te refi✠ciat. Circa te ſit, ut te con✠ſervet. Ante te ſit, ut te dedu✠cat. Poſt te ſit, ut te confor✠tet. Super te ſit, ut te undique muniat, & bene✠dicat.

cat. Spiritus ſanctus deſcen-
dat, & maneat ſuper te.

℟. Amen.

Propitietur Dominus cun-
ctis iniquitatibus tuis.

℟. Amen.

Et ſanet omnes languores
tuos.

℟. Amen.

Redimátque de interitu vi-
tam tuam.

℟. Amen.

Et faciat in omnibus bonis
deſiderium tuum. Qui ſolus in
Trinitate unus DEUS vivit, &
regnat in ſæcula ſæculorum,

℟. Amen. Pax tecum.

Poſteà extendit manum dex-
teram, vel ſi commodè poteſt,
tangit caput ipſius Infirmi, di-
cendo:

Sanet te DEUS, qui te creavit in carne.

Sanet te Filius, qui pro te passus est in Cruce.

Sanet te Spiritus sanctus, qui tibi infusus est in Baptismate.

Sancta & laudabilis Trinitas, unus DEUS, gratiam suam ad profectum salutis Animæ, & corporis in te augeat, & ab omni malo te liberet, ac in bono jugiter, conservet. Qui vivit, & regnat in fæcula fæculorum, ℟. Amen.

His peractis Sacerdos Infirmum suavi, & brevi admonitione consoletur, & aquâ benedictâ aspersum commendet DEO.

DE

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

ORdo ac forma, Matrimonium ſolenniter celebrandi, factis denuntiationibus, & à contrahentibus peractâ exomologeſi, & ſacrâ Synaxi ſumptâ, fiat talis aut ſimilis exhortatio.

Ermahnung/

Den Ehe-Leuthen vor der Zuſammen-Gebung zu thun.

EHr Andächtige in dem HErrn! dieweil ihr zwey der Meynung hie erſcheinet/ den heiligen Ehe-Stand zwiſchen euch beyden hievor bewilliget/ durch den

Seegen der heiligen Kirchen / und mit offentlicher Zeugnus diser euer lieben Freund und Mit-Christen zu bestätten / damit ihr disen heiligen Stand mit mehrerm Trost annemmen / und in gebührlicher Ehr halten möcht / solt ihr wissen / daß der Ehe-Stand nit ein geringe Ceremonien / oder schlechter Gebrauch von Menschen erdicht / sondern von GOTT selber im Paradeis eingesetzt / verordnet / und gebenedeyt / ja auch der Hochwürdigen Sacrament eins sey / durch welche Christus unser lieber HErr und Erlöser zum Heyl seiner Glaubigen / den reichen heylsamen Schatz seiner Gnaden mildiglich und in vil Weeg außtheilet / und schäncket. Und dieweil nit wenig der heiligen Christenheit daran gelegen / daß

der Ehe-Stand bis aufs End der Welt erhalten werde / hat Christus auch selbst sambt seiner werthen Mutter / und lieben Jüngern die Hochzeit in Cana mit seiner Gegenwärtigkeit/und ersten Wunder-Zeichen geziehret / und verehret. Wie auch der heilige Apostel Paulus den Ehe-Stand ehrlich rühmet/ und den Ehe-Leuthen die Seeligkeit zusagt/ wo sie im Glauben/ und Heiligung bleiben.

Derohalben ihr Junge liebe Ehe-Leuth / diſe GOttes-Einsäzung nit gering/ sondern hoch und ehrlich achten / und halten / auch mit rechter Meinung und Andacht zu diſem heiligen Sacrament euch verfügen / und schicken sollet / dan ihr habt zu wissen / daß es noch heutiges Tags wahr sey/ was der

Engel Raphael zu dem Jungen Tobias vor Zeiten gesprochen hat/ daß der böse Geist über solche Gewalt habe/ die also ihr Ehe annemmen / daß sie GOTT von ihnen/ und ihren Hertzen außschlagen/ und also ihres Leibs Lust pflegen/ wie die Maul-Thier und Roß/ in denen kein Verstand ist / über die/ sagt er/ hab der Teufel Gewalt.

Damit aber euer Vermählung seye ehrlich/ glückseelig/ und GOtt wohlgefällig / sollet ihr zu Hertzen führen / daß ihr eben auch darum disen Christlichen Stand anfahet/ wie/ und warum GOTT denselben eingesetzt/ und Christus bestättiget hat. Als erstlich: Daß der Ehe-Stand ein ehrliche Beywohnung / und leibliche Vereinigung eines Manns und Weibs

seyn

seyn solle / auf daß die Mehrung und Erhaltung deß Menschlichen Geschlechts auf Erden / und die Kinder-Zucht in gewissen Zihlen behalten wurde. Damit Gottsförchtige Ehe-Leuth in einer rechtmässigen Beywohnung Kinder gewinnen / und dieselben in GOttes-Forcht mit gemeinem Fleiß aufziehen / und also nit allein ihren zeitlichen Gütern gewisse Erben / sondern auch unserem GOTT wohl-abgerichte Gottsförchtige Diener und Christen nach ihnen verlassen möchten / das ist / damit nit allein die Anzahl der Menschen auf Erden / sondern auch die Auß-erwählten im Himmel durch sie gemehret werden.

Zum andern / hat GOTT den Ehe-Stand eingesetzt / und will

ihn auch darum angefangen / und gehalten haben / daß dardurch abgeschnitten / und vermitten bleiben soll / alle andere Buhlerey / Schand / und Unzucht.

Derohalben St. Paulus auch lehret / daß / welche Personen sich nit enthalten wöllen / zu der Ehe greiffen sollen / und daß der Mann sein eigen Weib / und das Weib ihren eignen Mann habe / umb der Unkeuschheit willen / dieselbig zu vermeyden / und außzuschliessen.

Zum dritten / und fürnemlich hat GOTT von Anfang in Erschaffung der Menschen den Ehe-Stand eingesetzt / daß er in Verpflichtung deß Manns und Weibs ein grosses Sacrament / und eigentliches Zeichen geben wolt der wunderbarlichen / und aller Gnaden-

reichi-

reichisten Vereinigung / so CHristus mit seiner Kirchen annemmen / und der hefftigsten Liebe / die Er an seiner Kirchen beweisen wurde.

Darauß dan alle Ehe-Leuth sich der Weis und Maß ihres Ehe-Stands gründlich / und richtig erinnern mögen. Dan gleichwie CHristus nur ein Kirch / und Christenheit auf Erden hat / die Er mit seinem Blut erkaufft / und sie noch Täglich durch seine Gnad / und kräfftige Sacrament erhalt / und seiner Erlösung genieſſen lasset: Also soll ein jeder Ehe-Mann / an einem seinem Ehe-Weib / und ein jedes Ehe-Weib an einem ihrem Ehe-Mann sich begnügen lassen / auch all sein Lieb / Treu / und mögliche Wohlthaten an den einigen seinen Ehe-Gemahl wenden / und

in

in diſe Lieb keinen dritten einlaſſen/noch ſein Ehe-Treu an einigem Anderm verbrechen. Und wie die Vereinigung zwiſchen Chriſto und der Kirchen Ewig / und unauflöslich iſt/alſo werden die Ehe-Leuth / in Krafft diſes Sacraments / mit unzerbrechlicher Ehe-Pflicht zuſammen verknüpfft/darvon ſie auß keiner Urſach anders/ dan durch den einigen Todt / ledig werden mögen.

Dieweil dan die Chriſtliche Ehe-Leuth/in ihrer Verbündtnus ein Fürbild/und Gleichnus Chriſti und der Kirchen haben / und tragen/ſo ſoll ein Chriſtlicher Ehe-Mann/von Hertzen/ und mit Luſt und Freuden geneigt ſeyn / ſeiner vertrauten Ehe-Frauen getreulich vorzuſtehen / ſie zu ernähren/

und

und gegen ihr alle Lieb und Treu zu erzeigen / damit er CHristo gleich seyn möge/der auch sein Kirchen geliebt / und sich selbst für sie geben hat / auf daß Er sie mit seinem Blut heiligen / und seeligen möchte. Also auch hergegen soll ein Christlich Ehe-Weib mit Lust/ und von Hertzen ihren Ehe-Mann lieben/ und ehren / ihm auch gehorsam / und bis in den Todt getreu seyn / damit sie der Kirchen desto gleichförmiger werde / die auch CHristum ihren Bräutigam stäts liebet / und ehret / und demselbigen immer unterthänig verbleibet.

Demnach so fern ihr beede disen heiligen/und von GOTT verordneten Ehe-Stand in GOttes-Forcht / und mit Andacht anzunemmen bedacht seyet / solt ihr nit

zweif-

zweiflen / der warhafftig Gütige GOTT werde mit seinen Gnaden zu euch setzen/ und euch bey seiner Einsätzung / mit Verleyhung genugsamer Leibs-Nahrung/auch andern nöthigen Vorrath erhalten / euch beede durch sein Gnad laithen/ und ziehen/ daß ihr gegen einander stätige Lieb und Treu üben / euer Ehelich Beth rein behalten/ auch wider allerley Trübsaal / so hie auf Erden zufallen/ euch mit gemeiner Hilf trösten/ und ein fridliche Eheliche Beywohnung bis ans End hinauß führen mögen.

Darum sehet fromme Junge Christliche Ehe-Leuth / und befleissiget euch embsiglich / daß ihr der angebottenen Gnad GOttes euch selbst nit verhindert. Auch

sehet

sehet beede zu / daß ihr zu rechtem und seeligem Anfang und Fortgang dises löblichen Ehe-Stands / euch hütet vor unordentlichen Sorgen der Zeitlichen Nahrung / und vor unnützen schädlichen Welt-Geschäfften. Meydet unmässige böse sündige Lust / haltet euch aber steiff in Christlicher Zucht / und Gottsförchtiger Beywohnung. Lasset euch von eurem Gebett / Andacht / und GOttesDienst / zu rechter Zeit nicht abhalten / sondern bleibet die Zeit euers Lebens in GOttes Huld / und der Kirchen gehorsam beständig / auch allerley Mühseeligkeit und Trübsaal leydet geduldiglich / und ermächtiglich / daß ihr also endlich nach einem unsträfflichen Wandel / die verheissene ewige Freud und

See-

Seeligkeit erlangen möget. Darzu helff euch und uns Allen GOtt der Allmächtig / den wir auch darum anruffen wöllen / und sammentlich betten ein andächtiges Vatter Unser / und Ave Maria.

Post talem Exhortationem Sacerdos faciat clarâ voce hanc Proclamationem, Germanicis verbis:

Ist Jemand hie / der etwan Irrung oder Hindernus zwischen disen Personen wisse / das Sacrament der heiligen Ehe betreffend / der sage es bey Christlichen Gehorsam allhie offentlich / zum Ersten mahl / zum Andern mahl / zum Dritten mahl.

Deinde Sacerdos inquirat Nomina Contrahentium, dicens:

Quo-

Quomodo vocamini?
Wie heißt ihr?
Accepto utriusque responso,
pergat interrogare Sponsum:

N. Ist das euer endliche und beständige Meynung / mit diser gegenwärtigen N. in Ehren / Ehelich zu werden: Ihr auch Eheliche Treu und Glauben zu laisten / sie als eueren eigenen Leib zu lieben / ernähren / und verwahren / sie auch in keiner zufallenden Widerwärtigkeit / und Trübsaal zu verlassen / sondern bey ihr zu verbleiben / und zu verharren / bis daß euch endlich beede der Todt scheydet / so sprecht: Ja.

Posteà eodem modo rogetur Sponsa:

N. Ist ebenmässig das noch euer gründlicher Will und Meynung / mit

mit disem gegenwärtigen N. in Ehren Ehelich zu werden / ihme auch Eheliche Treu und Glauben zu halten / Ehr und Hilf zu erzeigen / in Ehrlichen und billichen Sachen unterthänig / und gehorsam zu seyn / ihn auch in keinerley zufallender Widerwärtigkeit und Trübsaal zu verlassen / sondern bey ihm beständig zu verbleiben / und zu verharren / bis daß euch endlich beede der Todt scheydet / so sprecht: Ja.

Si uterque affirmat, dicat ad Sponsum:

Zu mehrer Bekräfftigung deß heiligen Wercks / gebt ihr erstlich den Mähel-Ring / und dan die Hand.

Interim dum Sponsus Sponsæ Annulum in Digitum Annularem inserit, dicat Sacerdos:

Annulo suo subarrhavit me Dominus, & tanquam Sponsum decoravit me coronâ.

Deinde Sacerdos Sponso commendet Sponsam sequentibus verbis:

N. Ich befihle euch auß Befelch GOttes / daß ihr diser N. euerer Ehelichen Hauß-Frauen getreulich vorstehen / und sie als eueren eigenen Leib ernähren / und verwahren / ihr auch Eheliche Treu und Glauben halten / und wie CHristus sein Kirch liebet / auch sie lieben wollet / also / daß euch beede nichts anders / dan der Todt scheyde.

Posteà conversus ad Sponsam, sic illi Sponsum commendet:

N. Ich befihle euch auß dem Befelch GOttes / daß ihr disem N.

euerem Mann mit Ehelicher Treu/ Glauben/ und Liebe unterthänig seyet/ ihm Gehorsam/ Ehr/ und Hilf erzeiget/ gleichwie die Kirch Christo ihrem Haubt unterthänig ist/ also daß euch beede nichts anders/ dan der Todt scheyde.

Post hæc Sacerdos Sponsi & Sponsæ manibus, quas adhuc conjunctas ambo tenebunt, Stolam imponat, vel circumvolvat, hæc verba proferens:

Matrimonium inter vos contractum DEUS confirmet, & ego illud approbo, & in facie Ecclesiæ solemnizo, in nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis, Pa ✠tris, & Fi ✠lii, & Spiritûs ✠sancti, Amen.

Et mox addere poterit Germanicè:

Die

Die Eheliche Pflicht/ die ihr da vor GOTT und seiner Kirchen einander gelobet habt/ bestättige ich auß Befelch der heiligen Christlichen Kirchen/ im Namen GOtt deß Vatters/ deß Sohns/ und deß heiligen Geists/ Amen.

GOTT geb euch seinen Friden/ und vil Glücks.

Benedictio Sponsi, & Sponsæ usurpanda in primis Nuptiis tantùm, quæ solemnitèr in Ecclesiâ celebrantur, sub Sacro, quod erit de currente ejusdem diei, vel de Sponso, & Sponsa, ut in Missali.

Post Elevationem dicto Pater noster, stans in Cornu Epistolæ, versus Sponsum, & Sponsam ante Altare genuflexos benedicat illis, ut sequitur:

Psalmus 127.

BEati omnes, qui timent Dominum: qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domûs tuæ.

Filii tui sicut novellæ olivarum: in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: Pacem super Israël.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in Principio, & nunc,

nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter. ſecretò.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Salvos fac Fideles tuos.
℟. DEUS meus ſperantes in te.
℣. Exaudiat vos Dominus in die tribulationis.
℟. Protegat vos nomen DEI Jacob.
℣. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

BEnedic ✠ Domine, & respice de cœlis super hanc Conjunctionem: ut sicut misisti sanctum Angelum tuum Raphaëlem pacificum ad Tobiam, & Saram filiam Raguelis: ita digneris Domine emittere benedictionem tuam super hos Adolescentes: ut in tuâ benedictione permaneant, in tuâ voluntate persistant, & in tuo amore vivant, & senescant, & multiplicentur in longitudine dierum.

OREMUS.

PRopitiare Domine, supplicationibus nostris, & institutis tuis, quibus propagationem

nem

nem humani generis ordinâsti, benignus assiste: ut quod te Autore jungitur, te auxiliante servetur. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritûs sancti DEUS, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

OREMUS.

DEUS, qui potestate virtutis tuæ de nihilo cuncta fecisti: qui dispositis universitatis exordiis, homini ad imaginem DEI facto, ideo inseparabile mulieris adjutorium condidisti, ut fœmineo corpori de virili dares carne principium, docens quod ex uno placuisset instituti, nunquam liceret disjungi. DEUS, qui tam excellenti my-

ſterio conjugalem copulam conſecrâſti, ut Chriſti, & Eccleſiæ Sacramentum præſignares in fœdere nuptiarum. DEUS, per quem mulier jungitur viro, & Societas principaliter ordinatâ, eâ Benedictione donatur, quæ ſola nec per originalis peccati pœnam, nec per diluvii eſt ablata ſententiam. Reſpice propitius ſuper hanc Famulam tuam, quæ maritali jungenda conſortio, tua ſe expetit protectione muniri. Sit in eâ jugum dilectionis & pacis: fidelis & caſta nubat in Chriſto, imitatríxque ſanctarum permaneat fœminarum. Sit amabilis, ut Rachel viro ſuo Sapiens, ut Rebecca. Longæva & fidelis, ut Sara. Nihil in eâ ex actibus ſuis ille

auctor

auctor prævaricationis usurpet. Nexa fidei mandatísque permaneat, uni thoro juncta Contactus illicitos fugiat. Muniat infirmitatem suam robore disciplinæ. Sit verecundiâ gravis, pudore venerabilis, doctrinis cœlestibus erudita. Sit fœcunda in sobole, sit probata & innocens. Et ad Beatorum requiem, atque ad cœlestia regna perveniat. Et videant ambo filios filiorum suorum, usque in tertiam & quartam generationem: & ad optatam perveniant senectutem. Per eundem Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat, in unitate Spiritûs sancti DEUS, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

His abſolutis Sacerdos ſe convertat ad medium Altaris genuflexus mox dicat:

Libera, nos quæſumus Domine, &c. & perſequatur Miſſam. Poſt: Ite Miſſa eſt, vel Benedicamus Domino. Converſus ad Sponſum & Sponſam dicat:

DEUS Abraham, DEUS Iſaac, & DEUS Jacob ſit vobiſcum: & ipſe impleat benedictionem ſuam in vobis: ut videatis filios filiorum veſtrorum usque in tertiam & quartam generationem: & poſteà vitam æternam habeatis ſine fine, adjuvante Domino noſtro JESU Chriſto: Qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit & regnat

regnat DEUS, per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Posteà eos aspergat Aquâ benedictâ, dicátque:

Aspergat vos DEUS rore gratiæ in vitam æternam.

℟. Amen.

Mox dicto: Placeat tibi sancta Trinitas, &c det Benedictionem consuetam, dicens:

Benedicat vos Omnipotens DEUS, Pater, & Filius, & Spiritus ✠ sanctus.

℟. Amen.

Lecto Evangelio S. Joannis, detur benedictum Vinum, quod amor sancti Joannis dicitur omnibus præsentibus, vel solis Sponsis pro ut moris est in loco.

MODUS SEPELIENDI ADULTOS.

ORdo ſepeliendi Mortuum Adultum. Sacerdos indutus Stolâ nigrâ ſuper pelliceum præferentibus Miniſtris Crucem, Aquam benedictam, Thuribulum, ad Funus in ædibus dicat:

Si iniquitates, &c.

Pſalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſervaveris Domine: Domine quis ſuſtinebit?

Quia

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: speravit anima mea in Domino.

A custodiâ matutinâ usque ad noctem: speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam dona ei Domine: & lux perpetua luceat ei.

Et repetit Antiphonam totam:

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit?

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter. reliqua ſecretò.
Interim aſpergit Funus, & incenſo adolet.
℣. Et ne nos inducas in tentationem:
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A portâ inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in Pace.
℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

SUſcipe Domine Animam Famuli tui (Sacerdotis) (vel Famu-

Famulæ tuæ) quam de ergaſtulo hujus ſæculi vocare dignatus es; & eripe eam de loco pœnarum: ut quietis ac lucis æternæ beatitudine perfruatur, & inter Sanctos, & Electos tuos in reſurrectionis gloriâ reſuſcitari mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. Requieſcat in pace.

℟. Amen.

Jam portetur Funus ad Cœmiterium, & dicat Sacerdos in Proceſſione: Miſerere. & alios Pſalmos &c. in fine: Requiem.

Ad ingreſſum in Cœmiterium, dicat:

Subvenite Angeli DEI ? Occurrite Angeli Domini ? Suſcipientes animam ejus. Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi. Suſcipiat te Chriſtus, qui vocavit te, & in ſinum Abrahæ Angeli deducant te. Suſcipientes, &c. Requiem æternam dona ei Domine: Et lux perpetua luceat ei.

Dum intereà cum Funere ad Sepulchrum accedunt, dicat ſequentem Antiphonam:

In Paradiſum deducant te Angeli: in tuo adventu ſuſcipiant te Martyres, & perducant te in civitatem ſanctam Jeruſalem. Chorus Angelorum te ſuſcipiat, & cum Lazaro quondam paupere æternam habeas requiem.

Cùm

Cùm autem pervenerit ad Sepulchrum Sacerdos, illud benedicit, dicens:

OREMUS.

DEUS, cujus miseratione Animæ Fidelium requiescunt, hunc tumulum benedicere dignare, eíque Angelum tuum sanctum deputa Custodem, & quorum quarúmque corpora hîc sepeliuntur, Animas eorum ab omnibus absolve vinculis delictorum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Dictâ Oratione aspergit Sepulchrum, dicendo:

Sanctificetur istud Sepulchrum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ✠ sancti.

℟. Amen. Tunc

Tunc Funus ponatur in Sepulchrum dicente Sacerdote:

Sume terra, quod tuum est: sumat DEUS, quod suum est; Corpus de terrâ formatum est, Spiritus de sursum inspiratus est.

Aspergatur postea Funus Aquâ benedictâ, & dicatur:

Rore cœlesti reficiat Animam tuam DEUS, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti.

℟. Amen.

Et thurificetur dicendo:

Odore cœlesti pascat Animam tuam DEUS, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti.

℟. Amen.

Deinde Sacerdos Palâ ter projiciat terram super Funus, dicendo:

Me-

Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem revertêris.

Et ſtatim Sacerdos recitat Antiphonam:

Ego ſum reſurrectio, & vita, qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet, & omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum.

Cantic. Zachariæ. Luc. 1.

BEnedictus Dominus DEUS Israël: quia viſitavit & fecit redemptionem plebis ſuæ.

Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo David pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os Sanctorum: quî à ſæculo ſunt Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis noſtris: & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum Patribus nostris: & memorati testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham Patrem nostrum: daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: serviamus illi.

In sanctitate & justitiâ coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ DEI nostri: in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbrâ mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem æternam dona ei Domine: & lux perpetua luceat ei.

Et repetitur Antiphona.

Ego sum resurrectio, & vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet, & omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum.

Pater noster. secretò.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A portâ inferi.

℟. Erue Domine animam ejus.

℣. Requiescat in pace.

℟. Amen.

℣. Do-

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

ABſolve quæſumus Domine Animam Famuli tui (Sacerdotis) (vel Famulæ tuæ) ut defunctus (vel defuncta) ſæculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis, humanâ converſatione peccata commiſit: tu veniâ miſericordiſſimæ pietatis abſterge Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requieſcat in pace.
℟. Amen.

Ani-

Anima ejus, & omnium Fidelium Defunctorum per misericordiam DEI requiescant in pace. ℟. Amen.

Ligneâ Cruce Sepulchrum ter signat, in capite, in medio, ad pedes, dicens:

Signum Salvatoris ✠ Domini nostri JESU Christi sit signatum ✠ super te, qui in hâc ✠ imagine redemit te, Et infigens Crucem dicit: nec permittat introire Angelum percutientem in æternum. Pax tecum.

Et flexis genibus unum Pater, & Ave &c. ab omnibus ultrò dicatur.

Deinde in reditu à Sepulchro dicat Antiphonam: Si iniquitates, &c. cum Psalmo: De Profundis, &c. ut suprà folio 104.

MO-

MODUS SEPELIENDI PARVULOS in Christo baptizatos.

SAcerdos indutus superpelliceo, & Stolâ albâ, cùm ad locum, vel domum, ubi Parvuli Funus est positum, eodem ordine, quo ad Funus Adulti processionaliter advenerit, stans coram eo dicit:

Antiph. Sit nomen Domini.

Psalmus 112.

LAudate Pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc, & usque in sæculum.

A Solis ortu usque ad occasum: laudabile nomen Domini.

Excel-

Excelsus super omnes gentes Dominus: & super cœlos gloria ejus.

Quis sicut Dominus DEUS noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cœlo, & in terrâ.

Suscitans à terrâ inopem: & de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum Principibus: cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: Matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, &c.

Antiph. Sit nomen Domini benedictum in sæcula.

Kyrie

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.

Pater noſter. reliqua ſecretò.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti.

℟. Et confirmâſti me in conſpectu tuo in æternum.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS totius conſolationis, qui Pueris jam per Baptismi gratiam cœleſtia largiris innocentiæ præmia: concede propitius; ut quæ illis gaudia contuliſti, eadem nos, ſicut modò geniti infantes, conſequa-

quamur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Et aſpergat Funus Aquâ benedictâ in modum Crucis, & ſi vult, incenſet.

Deinde portetur ad Sepulchrum, curſando Pſalmum ſequentem:

Pſalmus 148.

LAudate Dominum de Cœlis: laudate eum in excelſis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum Sol & Luna: laudate eum omnes Stellæ, & lumen.

Laudate eum Cœli Cœlorum: & Aquæ omnes, quæ ſuperCœlos ſunt, laudent nomen Domini.

Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandavit, & creata ſunt.

Statuit ea in æternum, & in ſæculum ſæculi: præceptum poſuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terrâ: dracones, & omnes abyſſi.

Ignis, grando, nix, glacies, Spiritus procellarum: quæ faciunt verbum ejus.

Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes Cedri.

Beſtiæ, & univerſa pecora: ſerpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: Principes, & omnes Judices terræ.

Juvenes, & Virgines, ſenes cum junioribus, laudent nomen Domini: quia exaltatum eſt nomen ejus ſolius.

Con-

Confessio ejus super Cœlum & terram: & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus Sanctis ejus: Filiis Israël, populo appropinquanti sibi.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in Principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Juxta Sepulchrum dicit:

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

OMnipotens sempiterne DEUS, sanctæ puritatis Amator, qui Animam hujus Parvuli, de hoc mundo ad Cœlorum regna misericorditer vocare dignatus es; concede no-

bis, ut meritis Beatæ MARIÆ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum, cum eisdem, gaudiis perfrui mereamur æternis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Et aſpergit Sepulchrum Aquâ benedictâ, dicens:

Sanctificetur Sepulchrum iſtud in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti. ℟. Amen.

Jubeat imponi Funus: poſitúmque in Sepulchro aſpergat Aquâ benedictâ, & ſi vult incenſet: tum palâ ter ſuperinjiciat terram, dicens:

Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.

Jam dum ſepelitur, dicat Sacerdos:

Antiph. Benedicite.

Canti-

Canticum trium Puerorum.

Dan. 3.

BEnedicite omnia opera Domini Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite Cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super Cœlos sunt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite Sol & Luna Domino: benedicite Stellæ Cœli Domino.

Benedicite omnis imber, & ros Domino: benedicite omnis Spiritus DEI Domino.

Benedicite ignis, & æstus Domino: benedicite frigus, & æstus Domino.

Benedicite rores, & pruina Domino: benedicite gelu, & frigus Domino.

Benedicite glacies, & nives Domino: benedicite noctes, & dies Domino.

Benedicite lux, & tenebræ Domino: benedicite fulgura, & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes, & colles Domino: benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: benedicite maria; & flumina Domino.

Benedicite cete, & omnia, quæ moventur in aquis, Domino: benedicite omnes volucres Cœli Domino. Bene-

Benedicite omnes beſtiæ, & pecora Domino : benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israël Dominum : laudet, & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino : benedicite ſervi Domini Domino.

Benedicite ſpiritus, & animæ Juſtorum Domino : benedicite Sancti, & humiles corde Dño.

Benedicite Anania, Azaria, Miſaël Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu : laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Benedictus es Domine in Firmamento Cœli : & laudabilis,

bilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.

Ant. Benedicite Dominum omnes Electi ejus, agite diem lætitiæ, & confitemini illi.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.

Pater noſter. ſecretò.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Sinite parvulos venire ad me.

℟. Talium eſt enim Regnum Cœlorum.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui miro ordine Angelorum miniſteria, hominúmque diſpenſas: concede pro-

propitius, ut à quibus tibi ministrantibus in Cœlo semper assistitur, ab his in terrâ vita nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Signet Cruce ligneâ Sepulchrum, dicens:

Signum Salvatoris ✠ Domini nostri JESU Christi, sit signatum ✠ super te, qui in hâc imagine ✠ redemit te, nec permittat introire angelum percutientem in æternum. Pax tecum.

Exhortatio brevis fiat, hæc, vel simili modo:

Andächtige in Christo dem HErrn; Dieweil uns auch durch diß unschuldige Kindlein die Menschliche Sterblichkeit fürgestellt wird / so laßt uns GOTT den HErrn umb sein Göttliche

Gnad treulich anruffen / und bit-
ten / damit wir hie auf diſer Welt/
ein unſchuldiges/reines Leben füh-
ren / ein glückſeeliges Stündlein
unſers Abſterbens / und endlichen
ſambt diſem Kind / auch allen lie-
ben Heiligen und Außerwählten
GOttes / die Cron der ewigen
Freud / und Seeligkeit erlangen
mögen. Seyt auch ingedenck al-
ler deren / ſo allhie in diſem Orth
begraben ligen / inſonderheit aber/
welche auß diſem Geſchlecht in
GOtt verſchiden ſeynd. Sprecht
uns / und Jhnen zu Hilf und
Troſt/ein andächtiges Patter Un-
ſer / und Engliſchen Gruß.

Quô dictô omnes per ordi-
nem aſpergunt Tumulum, &
diſcedunt.

BE-

BENEDICTIO TEMPESTATIS:

Quæ ſingulis diebus poſt Sacrificium Miſſæ fieri ſolet à Feſto Inventionis S. Crucis, usque ad Feſtum Exaltationis S. Crucis.

℣. A fulgure, & tempeſtate.
℟. Libera nos Domine JESU Chriſte.
℣. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos.
℟. Quemadmodum ſperavimus in te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

ADomo tuâ quæſumus Domine ſpiritales nequitiæ repellantur, & aërearum diſcedat malignitas tempeſtatum. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

OREMUS.

QUæſumus, Omnipotens DEUS, ut interceſſione S. DEI Genitricis MARIÆ, & ſanctorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, & Viduarum, atque omnium Sanctorum tuorum continuum nobis præſtes ſubſidium, tranquillam auram permittas, atque contra fulgura & tempeſtates

ſtates deſuper nobis indignis tuam ſalutem effundas de Cœlis, & generi humano ſemper æmulas, dexterâ potentiæ tuæ, aëreas conteras poteſtates.

DEUS, qui omnium rerum tibi ſervientium naturam, per ipſos motus aëris ad cultum tuæ Majeſtatis inſtituis, tranquillitatem nobis tuæ miſericordiæ, remotis aëris terroribus permanere permittas, ut cujus iram expavemus, clementiam ſentiamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

AD REPELLENDAM TEMPESTATEM.

PUlſantur Campanæ, & dicuntur Litaniæ de omnibus Sanctis, in quibus bis, vel ter, dicitur:

A fulgure, & tempeſtate.

Poſt Litanias, & Orationem Dominicam:

Pſalmus 147.

LAuda Jeruſalem Dominum: lauda DEUM tuum Sion.

Quoniam confortavit ſeras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquium ſuum terræ: velociter currit ſermo ejus.

Qui dat nivem ſicut lanam: nebulam ſicut cinerem ſpargit.

Mittit Cryſtallum ſuam ſicut bucellas: ante faciem frigoris ejus quis ſuſtinebit?

Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea: flabit Spiritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum ſuum Jacob: juſtitias, & judicia ſua Iſraël.

Non fecit taliter omni nationi: & judicia ſua non manifeſtavit eis.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat, &c.

℣. Ad-

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.
℟. Et ſalutare tuum da nobis.
℣. Adjuva nos DEUS ſalutaris noſter.
℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos.
℟. Quemadmodum ſperavimus in te.
℣. Salvum fac populum tuum Domine.
℟. Et benedic hæreditati tuæ.

℣. Non

℣. Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentiâ.
℟. Domine DEUS virtutum, beatus homo, qui ſperat in te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui culpâ offenderis, Pœnitentiâ placâris, preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.

ORATIO.

ADomo tua, quæſumus Domine, ſpiritales nequitiæ repellantur, & aërearum diſce-

dat

dat malignitas tempeſtatum. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℣. Amen.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne DEUS, parce metuentibus, propitiare ſupplicibus, ut poſt noxios ignes nubium, & vim procellarum in miſericordiam tranſeat laudis commi-natio tempeſtatum.

Oratio.

DOmine JESU, qui imperâſti ventis, & mari, & facta fuit tranquillitas magna, exaudi preces familiæ tuæ, & præſta, ut hoc ſigno ſanctæ Cru✠cis omnis diſcedat fævitia tempeſtatum.

Ora-

Oratio.

OMnipotens, & miſericors DEUS, qui nos, & caſtigando ſanas, & ignoſcendo conſervas: præſta ſupplicibus tuis: ut & tranquillitatibus optatæ conſolationis lætemur, & dono tuæ pietatis ſemper utamur. Per Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritûs ſancti DEUS, per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Aſpergatur Aquâ benedictâ.

BE-

BENEDICTIO HERBARUM,

In Festo Assumptionis B. Mariæ Virginis.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

OMnipotens ſempiterne DEUS, qui Cœlum, terram, mare, & cuncta viſibilia, & inviſibilia, verbo tuo ex nihilo creâſti: quique herbas, arborésque, terram ad uſus hominum, & animalium gignere præ-

præcepiſti, Te ſupplices exoramus, ut has diverſi generis herbas, intercedente Beatâ ſemper Virgine MARIA, benedicere, & ſanctificare tuâ pietate digneris, ut omnibus ex eis ſumentibus, ſint ſalutare medicamentum: & ab omnibus hominibus, pecoribúsque, quibus fuerint adhibitæ, omnem putredinem, omnem morbum, Peſtilentiam ac dolorem, omnésque inimicas infeſtationes miſericorditer amoveas. Qui in Trinitate perfectâ vivis, & regnas DEUS, per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

ORE-

OREMUS.

BEne ✠ dic, quæsumus Domine sancte Pater, has creaturas herbarum: & sint remedium salutare generi humano, & præsta per invocationem sancti tui nominis; ut quicunque ex eis sumpserint, vel gustaverint, Corporis sanitatem, & Animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Deinde imposito, & benedicto Incenso, Herbæ aspergantur Aquâ benedictâ, & thurificantur triplici ductu.

BENEDICTIO VINI,

Quod Amor S. Joannis Evangeliſtæ vulgò dicitur facienda in Feſto S. Joannis Evangeliſtæ, & Solemnitatibus Nuptiarum.

Sacerdos Stolâ indutus dicit:

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, & Pater Domini noſtri JESU Chriſti, cujus verbo Cœli firmati ſunt, cui omnia ſubjecta ſunt, cui omnis creatura deſervit, & omnis poteſtas

teſtas ſubjecta eſt, metuit, & expaveſcit. Nos te in auxilium invocamus, cujus audito nomine ſerpens conquieſcit, draco fugit, vipera ſilet, & rana inquieta torpeſcit, ſcorpio extinguitur, ſqualangus nihil noxii operatur, & adhuc fortiora animalia venenata hebeſcunt, & omnes adverſæ ſaluti humanæ radices areſcunt. Te ergo Domine ſuppliciter deprecamur, ut bene ✠ dicere & ſanctificare digneris hanc creaturam Vini: ut quicunque ex eâ guſtaverit, per interceſſionem dilecti tui Apoſtoli, & Evangeliſtæ Joannis, quem poculum mortiferum in tuo nomine ſumptum, vincere feciſti, vitam conſequatur æternam.

Et

Et extingue ab omnibus dignè ſumentibus, ſi quid veneni, ſi quid mortiferæ operationis eos attigerit: & omnes diabolicas fraudes, ac adverſas nequitias ab eis clementer evacua. Per eundem Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Filium tuum, &c. ℟. Amen.

OREMUS.

DOmine DEUS Omnipotens JESU Chriſte, qui quinque panibus, & duobus piſcibus, quinque millia hominum ſatiâſti, & in Canâ Galileæ ex aquâ vinum feciſti, qui es vitis vera: multiplica ſuper nos miſericordiam tuam, quemadmodum feciſti cum Patribus noſtris, in tuâ miſericordiâ ſperantibus. Bene ✠ dicere, &

ſancti ✠ficare dignare hanc creaturam vini, quam ad ſuſtentationem ſervorum tuorum tribuiſti: ut quicunque hâc creaturâ uſus fuerit, vel eam guſtaverit, divinæ benedictionis tuæ opulentiâ repleatur, & accipientibus ex eâ cum gratiarum actione, in viſceribus eorum ſanctificetur. Qui cum DEO Patre, & Spiritu ſancto vivis, & regnas DEUS, per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Sequentia S. Evangelii ſecundùm Joannem. Cap. 2.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Nuptiæ factæ ſunt in Canâ Galileæ: & erat

erat Mater JESU ibi. Vocatus est autem & JESUS, & Discipuli ejus ad Nuptias, & deficiente vino, dicit Mater JESU ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei JESUS: quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit Mater ejus: Quodcunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundùm purificationem Judæorum, capientes singulæ metretas binas, vel ternas. Dicit eis JESUS: Implete hydrias aquâ. Et impleverunt eas usque ad summum. Et dicit eis JESUS: Haurite nunc, & ferte Architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustavit Architriclinus aquam vinum factam, & non

sciebat unde effet: Ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat Sponsum Architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primùm bonum vinum ponit: & cùm inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: Tu autem servâsti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit initium signorum JESUS in Canâ Galileæ: & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum Discipuli ejus.

℟. Laus tibi Christe.

Et Sacerdos dicit:

Per istos sermones sancti Evangelii, bene✠dicat Dominus noster JESUS Christus hunc liquorem vini, ut sit omnibus fumentibus salus mentis & corporis. ℟. Amen.

ORE-

OREMUS.

DEUS, qui mirabili potentiâ tuâ vinum producis ex vite, ut indè exhilaretur cor hominis: qui mirabiliori potentiâ in Canâ Galileæ ad bibendum, nuptiali populo aquam mutâsti in vinum, quíque mirabiliſſimâ potentiâ tuâ, per manus Sacerdotum elementum vini quotidiè in Sacratiſſimum tuum transformas Sanquinem: Bene ✠ dic hujus ſubſtantiam vini, ut qui de eo quantumcunque ſumpſerint, vitam conſequantur ſempiternam.

DEUS, cujus potentiâ Beatus Joannes Apoſtolus, & Evangeliſta, venenoſi potus

toxicum illæsus evasit : bene ✠ dicere dignare hanc creaturam vini, ut omnes ex eo sumentes, expulso omni genere nocivo, infuso tuæ bene ✠ dictionis mysterio merantur in corpore & animâ misericorditer exhilarari. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritûs sancti DEUS, per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

His dictis Vinum Aquâ benedictâ aspergatur, & Incenso adoletur.

Deinde Sacerdos Vinum benedictum populo ad bibendum porrigat.

BE-

BENEDICTIO CANDELARUM
EXTRA DIEM
PURIFICATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum & terram.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine JESU Chriſte, Fili DEI vivi, bene ✠ dic Candelas iſtas ſupplicationibus noſtris, infunde eis Domine per virtutem ſanctæ Crucis Benene ✠ dictionem cœleſtem, qui eas ad repellendas tenebras hu-

mano generi tribuisti: talémque Benedictionem signaculo sanctæ Cru ✠ cis accipiant, ut quibuscunque locis accensæ sive positæ fuerint, discedant principes tenebrarum, & contremiscant, & fugiant pavidi cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis: nec præsumant amplius inquietare, aut molestare servientes tibi Omnipotenti DEO. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum.

℣. Amen.

Posteà aspergantur Aquâ benedictâ.

BENEDICTIO ANNULI SPONSALITH.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum & terram.

℣. Domine exaudi Orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

BEne✠dic Domine Annulum hunc, quem nos in tuo nomine bene✠dicimus, ut qui, vel quæ eum geſtaverit, fidelitatem integram ſuo Sponſo, vel Sponſæ tenens, in Pace & voluntate tua permaneat, atque in mutua charitate ſemper vivat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos aſpergat Annulum Aquâ benedictâ in modum Crucis:

Quod ſi verò Annuli utriusque Sponſi ſimul benedicendi ſunt, Oratio ſeu Collecta dicitur numero plurali, hoc modo:

BEne ✠ dic Domine Annulos iſtos, quos nos in tuo nomine bene ✠ dicimus, ut eos geſtantes, fidelitatem integram ſibi invicem teneant, & in pace, & voluntate tua permaneant, atque in mutua charitate ſemper vivant. Per Chriſtm Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Hîc advertant Parochi, ne Annulos ſemel benedictos, denuò benedicant.

BE-

BENEDICTIO LOCI VEL DOMUS.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum & terram.

℣. Domine exaudi Orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

BEne ✠ dic Domine DEUS Omnipotens locum iſtum, (vel Domum iſtam,) ut ſit in eo, (vel in ea) ſanitas, caſtitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, manſuetudo, plenitudo legis, & gratiarum actio DEO Patri, & Filio, & Spiritui ſancto,

cto, & hæc Benedictio maneat ſuper hunc locum, & ſuper habitantes in eo, nunc & ſemper.

℟. Amen.

Et aſpergat Aquâ benedictâ

ALIA BENEDICTIO DOMUS NOVÆ.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum & terram.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

TE DEUM Patrem Omnipotentem ſuppliciter exoramus pro hac Domo, & habitatoribus ejus, ac rebus: ut eam bene✠dicere & ſan✠ctificare,

ficare, ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis, Domine, de rore Cœli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ ſubſtantiam, & deſideria voti eorum ad effectum tuæ miſerationis perducas. Ad introitum ergò noſtrum bene✠dicere & ſancti✠ficare digneris hanc domum, ſicut benedicere dignatus es domum Abraham, Iſaac, & Jacob: & intra parietes domus iſtius Angeli tuæ lucis inhabitent, eámque & ejus habitatores cuſtodiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Deinde aſpergat Aquâ benedictâ.

BENEDICTIO THALAMI.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum & terram.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

BEne✠dic Domine Thalamum hunc, ut omnes habitantes in eo, in tua Pace conſiſtant, & in tua voluntate permaneant, & ſeneſcant, multiplicentur in longitudine dierum, & ad regna Cœlorum perveniant. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Deinde aſpergatur Thalamus Aquâ benedictâ.

BE-

BENEDICTIONES ESCULENTORUM,

Præsertim

IN PASCHA.

BENEDICTIO AGNI PASCHALIS.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum & terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui per famulum tuum Moysen, in liberatione populi tui de Ægypto, Agnum occidi jussisti, in similitudinem Domini nostri JESU Christi, & utrosque postes domorum

morum de sanguine ejusdem Agni perungi præcepisti : ita bene✠dicere & sancti✠ficare digneris hanc creaturam Carnis , quam nos Famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus, per Resurrectionem ejusdem Domini nostri JESU Christi. Qui tecum vivit & regnat in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Et mox aspergat Aquâ benedictâ.

BENEDICTIO OVORUM.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum & terram.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

SUbveniat, quæſumus Domine, tuæ Bene ✠dictionis gratia huic Ovorum creaturæ, ut cibus ſalubris fiat Fidelibus tuis, in tuarum gratiarum actione ſumentibus, ob Reſurrectionem Domini noſtri JESU Chriſti, qui tecum vivit & regnat in ſæcula ſæculorum.
℟. Amen.

Aſpergat Aquâ benedictâ.

BE-

BENEDICTIO PANIS.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum & terram.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine JESU Chriſte, Panis Angelorum, Panis vivus æternæ vitæ, bene ✠ dicere dignare Panem iſtum, ſicut benedixiſti quinque Panes in deſerto, ut omnes ex eo guſtantes, inde corporis & animæ percipiant ſanitatem. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Et aſpergat Aquâ benedictâ.

ALIA BENEDICTIO PANIS.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum & terram.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine ſancte Pater Omnipotens, æterne DEUS bene✠dicere digneris hunc Panem tua ſancta ſpirituali benedictione: ut ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis & corporis, atque contra omnes morbos, & univerſas inimicorum inſidias tutamen. Per Do-

Dominum noſtrum JESUM Chriſtum Filium tuum, Panem vivum, qui de Cœlo deſcendit, & dat vitam & ſalutem mundo: & tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti DEUS, per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Aſpergat Aquâ benedictâ.

BE-

BENEDICTIO NOVORUM FRUCTUUM.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Dómini.
℟. Qui fecit Cœlum & terram.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

BEne ✝ dic Domine hos novos Fructus N. & præſta: ut qui ex eis in tuo ſancto nomine veſcentur, corporis & animæ ſalute potiantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Et aſpergat Aquâ benedictâ.

BENEDICTIO AD QUODCUMQUE COMESTIBILE.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum & terram.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

BEne ✠dic Domine creaturam iſtam N. ut ſit remedium ſalutare generi humano: & præſta per invocationem ſancti nominis tui, ut quicunque ex ea ſumpſerint, corporis ſanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergat id Aquâ benedictâ.

IN-

INDEX
ET
ORDO RERUM,
Quæ in hoc
Libri Ritualis Compendio
continentur.

ORdo Baptismi Parvulorum. Fol. 1
Ordo introducendi Mulieres in Ecclesiam post Partum. 20
De Sacramento Confirmationis. 26
De Sacramento Pœnitentiæ. 28
De SS. Evchariſtiæ Sacramento. 34
De Sacramento Extremæ Unctionis. 44
De Sacramento Matrimonii. 79
Modus ſepeliendi Adultos. 104
Modus ſepeliendi Parvulos in Chriſto baptizatos. 116
Benedictio Tempeſtatis. 129
De Repellendâ Tempeſtate. 132
De Benedictione Herbarum in Feſto Aſſumptionis B. MARIÆ Virginis. 138

De

De Benedictione Vini S. Joannis. 141
De Benedictione Candelarum extra diem Purificationis Beatæ MARIÆ Virginis. 149
De Benedictione Annuli Sponsalitii. 151
De Benedictione Loci, vel Domûs. 153
Alia Benedictio Domûs Novæ. 154
De Benedictione Thalami. 156
Benedictiones Esculentorum, præsertim in Pascha: De Benedictione Agni Paschalis. 157
De Benedictione Ovorum. 159
De Benedictione Panis. 160
Alia Benedictio Panis. 161
De Benedictione Novorum Fructuum. 163
De Benedictione ad quodcumque Comestibile. 164

FINIS.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Compendium Libri Ritualis Episcopatus Augustensis Pro Administratione Sacramentorum & Muniis Patoralibus ritè obeundis

Augustæ 1728

Liturg. 1467 u
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11451891-1
VD18 90792254